

Stephanus Galdeti

Anselmus

Editor: Florina Hariga

work in progress

26.06.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **ANSELMUS**

“Terret me vita mea. Namque diligenter discussa aut peccatum aut
sterilitas. Et si quid fructus in ea videtur, sic est aut simulatum aut
imperfectum aut aliquo modo corruptum, ut possit aut non placere aut
5 displicere Deo. Infra denique si quid ago utile, nullatenus illud compenso
alimentis corporis quibus abutor. Iuxta illud peccator non est dignus
pane quo vescitur.

Forsitan parvum putas aliquod peccatum. Utinam districtus iudex
parvum putaret; seu nunquid omne peccatum per prevaricationem Deum
10 inhonorat, quod ergo peccatum audebit peccator parvum dicere?”

Quid respondebis in illa die, cum exigetur a te usque ad ictum oculi
omne tempus vivendi tibi impensum qualiter fuerit expensum? Tunc
quippe condemnabitur quidquid fuerit inventum in te operis vel otii,
sermonis vel otii usque ad minimam cogitationem etiam quod vixisti
15 si non fuerit ad voluntatem Dei directum. Et infra ipse te iudicabit ad
cuius contumeliam spectat quidquid inobediens agit.

ALTISSIODORENSIS probat quod non sit differentia inter mortale
et veniale. Primo, per illud Matth. 12 *de omni verbo otioso* etc., eo
quod scilicet non est utile ad vitam, igitur pari ratione de omni opere
20 indifferenti.

Item ebrietas simplex est || veniale, et ducta in consuetudinem
mortale, sed ducta in consuetudinem non est peior, cum secunda ebrietas
non sit peior prima, nec centesima, ut deducit, igitur.

Difficile est ut dicit differre peccatum veniale et assignare differentiam
25 generalem ad mortale. AUGUSTINUS vero in libro *De libero arbitrio*
dat super hoc dotrinam, unde dicit quod libido est causa omnis peccati.
Est autem libido improba voluntas qua movetur anima rationalis ad
hoc quod delectetur in creatura et, si illa voluntate diligit creaturam
plusquam Deum, est peccatum mortale. Si minus, est peccatum veniale,
30 unde dicit quod minus amor uxoris et filiorum est veniale peccatum
si non preponitur amoris Dei, et sic patet differentia inter mortale et
veniale.

Ad primum dicitur quod auctoritas illa loquitur de verbo occioso

P2 109r

1 Anselmus] Ancelmus P1 ; 6 *add. in marg. P1* 3 quid] quis *coni. P1*
P2 5–6 infra — abutor] Ricardus de Sancto Victore *infra add. in marg. P1*
5 illud] utile P2 9 prevaricationem] privationem P2 11 respondebis]
respondebit *coni. P1 P2* 12 expensum] *p. c. P2* 17 Altissiodorensis] *in*
marg. P1 ; Ricardus *a. c. P1* 19 quod scilicet] *tr. P2* 21 veniale] *velox P2*
31 preponitur] proponitur *coni. P1 P2* amoris] amoris P1 33 occioso]
sup. lin. P1

quod procedit ex improba voluntate, et istud est secundum se inutile ad vitam, ymo est impeditum et est repugnans legi Dei. Non sic de operibus indifferentibus.

De ebrietate dicendum iuxta differentiam suprapositam de veniali et mortali. Si enim preponatur Deo illa delectatio sive sit prima sive
5 centesima est mortale, scilicet non est venialis.

Ad AUGUSTINUM dicitur quod verum dicit, quia consuetudo auget delectationem que aucta quandoque Deo preponitur, et sic nichil est ita veniale quin potest fieri mortale. — hec ille de hoc.

Quod illa differentia non sufficiat, nam si actus minime dilectionis temporalium citra contemptum Dei, qui non repugnat formaliter dilectioni Dei, pre illis prohiberetur divino precepto obligante ad mortem, esset mortale peccatum. Et hoc est possibile, igitur non est de se veniale. Quod confirmatur, nam lex eterna que per legem preceptivam aut
15 prohibitivam ac per rectam rationem explicatur, eque potest obligare pro tali extensivo amore, ymo obligaret nisi ex misericordia relaxante.

Collige diffinitionem de veniali est dictum vel factum etc. contra legem ipsum sic agentem non ad perditionem gratie aut ad penam eternam obligantem absolute. Considera magis.

Caritati et dilectioni Dei super omnia tanquam finis || formaliter repugnant, non dilectio illius pro tempore pro quo etc. Odium illius predilectio creature ratione legis date preceptive aut prohibitive opposita eorum que precipit. Tunc patet quod ex misericordia peccatum est veniale, quia ex huius misericordia est quod tales defectus non sint
25 prohibiti lege data. Vel etiam cum lege eterna sint indicative prohibita quod talis non tantum obliget, ut lex data est ex liberrima misericordia legislatorum.

Inordinata dilectio creature usque ad contemptum Dei vel conversio ad creaturam cum aversione a Deo repugnantes predilectionem Dei super omnia, habite pro tempore quo quis non teneretur preferre Deum, non repugnant habituali caritati nisi ex Dei voluntate pro hiis ad perditionem caritatis imputante etc.

|| Quod aliqui defectus contra legem eternam sint compossibiles dilectioni Dei aut est ex misericordia legislatorum et quod aliqui sint
35 impossibiles ex eius iustissima equitate, ut satis tangitur. Verte retro.

P2 109v

P1 66v

2 ymo] et hoc a. c. P1 3 indifferentibus] sed secundum veritatem nulla sunt indifferentia Gregorius *add. sed del. P1* 5 preponatur] proponatur P1 20 tanquam finis] *sup. lin. P1* 21 non] nam P2 28 usque] p. c. *sup. lin. P1*; ut conte* a. c. P1 34 aut] *sup. lin. P1* 34–35 quod — equitate] *scr. sed del. P2* 35 verte retro] *refert supra ad liberrima misericordia legislatorum P1*

Ex dictis aliqua collige quod nulla est sufficiens differentia assignata inter peccatum veniale et mortale, nec scire illam proprie possumus quoniam, ut dictum est supra per AUGUSTINUM *De natura boni*: quanta “pena et qualis quante et quali culpe debeatur divini est iudicii, non humani”. Veniale autem et mortale videntur differentie peccatorum ex parte penarum. Si qua vero differentia istam preveniens assignari debeat, non videtur nisi illa de impossibilitate cum dilectione Dei et caritate, seu illa de prepositione Dei et postpositione, seu de aversione a summo bono et conversione usque ad contemptum Dei etc., que ad idem redeunt.

Sed iste non sufficiunt, nam, ut videtur, multe culpe mortales non repugnant formaliter caritati et dilectioni Dei, puta fornicatio, si quis non putaret esse contra legem Dei sic agere, non formaliter repugnaret, etiam multa venialia de facto stant cum caritate que Deus possit libere prohibere, nec ex inde essent inclinate magis gravia ⟨fieri⟩. Et ideo quod nunc ex prohibitione eterne legis non sint mortalia non est nisi ex misericordia legislatoris || volentis taliter obligare.

P2 110r

Item maioritas et minoritas malitie non sufficienter constituerent mortale et veniale, nisi foret excessus infinitus qualis est inter penas. Ille autem est impossibilis inter quoscumque defectus temporales creature rationalis cum quoad circumstantias extrinsecas infinitas conveniant, supple contra legem eternam et contra honorem Dei, etsi contra sint alie.

Et multe alie cause possent ymaginari propter quas videntur infra posite conclusiones de hoc posse probabiliter sustineri, gratia disputationis cum protestis etc.

Sit prima conclusio: nulla viatoris possibilis transgressio est ex aliqua intrinseca circumstantia venialis. Sed si aliqua talis sit venialis, hoc est ex sola misericordia legem dante. Primam partem dedat ex eo quod quilibet talis est contra legem eternam etc., et secundam ex prima etc., ut occuret possibles.

~~Sequitur omnes transgressiones electorum quilibet transgressio~~

2 mortale] peccatum P2 **4** qualis] et add. P2 **5** videntur differentie] videretur differentia P2 **8** et postpositione] om. P2 **9** bono] usque add. sup. lin. sed del. P1 usque — Dei] sup. lin. P1 **11–17** sed — obligare] quantumcumque Deus ex lege data potest obligare potest ex lege eterna sola add. in marg. P1 **14** venialia de facto] sup. lin. P1 **24** cause] sup. lin. P1 ymaginari] quare add. sed del. P1 propter quas] sup. lin. P1 **25** de hoc] sup. lin. P1 ; posite add. sed del. P2 **27** est] sup. lin. P1 **28–31** sit — possibles] ex misericordia add. in marg. P1 **30** eternam] Anselmus add. sup. lin. P1 **3/32–4/1** quilibet — electis] sup. lin. P1

possibilis in electis quodammodo fore veniales, nam nunquam pro talibus voluit hos eternaliter cruciare, nam nec temporaliter remisit quasi ante voluit etc., quodam cum modo mortales aliquae, nam pro illis Deus eas voluit vita spirituali carere ad tempus.

Sequitur etiam aliquas transgressiones prestitorum, etiam que fuerunt in via compossibiles caritati et gratie posse quodammodo dici mortales. Patet de veniali in quo et mortali prestitem decedit hoc vel hiis similem deduc. Ita quod pro quolibet que suo sint tres difficultates iuste commutabiles.

Data culpa que dicitur mortalis electi, dum illa est, Deus non vult, nec unquam pro illa dare penam eternam, nec vult illum esse.

Dato merito prestito propter illud non vult esse dignum, quia non perseverabit, vel post mortem non valet sic, ymo oppositum, scilicet non valere, igitur cum sit immutabilis. Item si voluisset eternaliter ipsum esse dignum et non daret etc.

Pro secundo nulla divine legis impletio possibilis viatori est vite eterne condigne meritoria, sed tantum ex Dei voluntate eam liberrime acceptante, ex Dei gratia seu gratuita voluntate.

Patet ex dicto Christi cum feceritis omnia que precepta etc. quod debuimus facere fecimus quod nullus actus meritorius est in aliquo genere cause eterni primi causa. BREDWARDINUS de hoc quod principio Spiritus Sancti per modum forme habitualis non dat actui alicam ad premium intrinsecam dignitatem.

Hec vel alicam similia dic colligendo tres ut prius difficultates.

Quod non propter merita vult dare vitam eternam, sed potius econtra. BREDWARDINUS de hoc et horum habitudine, de fine et hiis que sunt ad finem, de intenssione et extensis, mortale predati remissum noviter vel electi, sed noviter remitteretur non amplius esset dignum pena eterna propter non inpietari an prius, igitur, non tamen omnino sicut in nobis.

3-4 quodam — tempus] *praem. ante sit prima conclusio P1* 3 aliquae] *sup. lin. P1* 5-8 sequitur — difficultates] *nota distinctionem: de Ripa omne vult esse dignum hic et vult bene auctoritate add. in marg. P1* 7 prestitem] *desce add. sed del. P1* 9 iuste commutabiles] *sub lin. P1* 10-15 data culpa — daret etc.] *in marg. inf. P1* 10 que dicitur] *sup. lin. P1* 11 eternam] *igitur add. sed del. P1* illum] *sup. lin. P1* 13 mortem] *sup. lin. P1* 16-23 pro secundo — dignitatem] *ex gratia add. in marg. P1* 16-18 pro — voluntate] *sup. lin. P1* 16-17 vite eterne condigne] *sup. lin. P1* 17 eam] *sup. lin. P1* 25 merita] *datur vita add. sed del. P1* vult — eternam] *sup. lin. P1*; eterna *add. P1* 27-29 mortale — igitur] *sub lin. P1*

quod pristinus non meretur in psalmo nunquam *in viis eius* ex Dei potentia sive posse
eternaliter nam remisibili dignum etc.

|| Aliqua que possunt facere ad sciendum quid sit peccatum: P1 67r
5 respondens in illo dubio “Utrum illud quod formaliter opponitur peccato sit ens vel solum privativum” ponit alicas propositiones.

Prima: voluntas creata libera debitor est, ut omnem actum suum conformet voluntati divine, puta quod vivat secundum Dei precepta ac legem eiusdem.

10 Corollarium: quando voluntas creata agit deformiter tali legi vel regule, tunc caret iustitia actuali debita inesse. Hec est iustitia que debet inesse actui et non inest.

Secunda conclusio: carentia rectitudinis que debet inesse actui voluntatis est peccatum. Probatur, quia est iniustitia, nam quilibet
15 ex debito iustitie non debet producere vel potius debet non producere talem actum nisi cum rectitudine, id est conformiter regule sue, scilicet voluntati ac legi divine.

Alia conclusio: peccatum non est privatio iustitie que inest actui voluntatis, quia tunc opposita inesset eidem.

20 Alia conclusio: peccatum est privatio iustitie que inesset actui voluntatis, si fieret conformiter divine regule.

Et in hiis conclusionibus supponitur differentia que communiter ponitur inter negationem et privationem.

Alia conclusio: subiectum immediatum peccati est actus voluntatis
25 elicited non conformiter regule divine, nam et subiectum immediatum rectitudinis est actus etc., modo opposita privative habent fieri circa idem.

Corollarium: non manente actu peccati non manet eius rectitudo vel obliquitas, quia non manente subiecto immediato etc.

30 Ulterius || ex hoc patet quod post transitum actus peccati nichil remanet in peccatore a quo denominetur peccator. Sed solum remanet obligatio ad penam que nichil est. P2 110v

Alia conclusio: quod gratia non opponitur formaliter peccato, nam tunc a privatione gratie quis diceretur peccator et tunc Adam et angeli
35 ante collationem gratie fuissent peccatores etc.

4 aliqua | 7 *add. in marg. P1* ; Bredwardinus *add. in marg. P1* que | *om. P2*
6 alicas | aliquas *P2* 9 legem | leges *P2* 10 deformiter | formaliter *P2*
legi | lege *P2* 14 probatur | *sup. lin. P1*

Occasione premissorum ponuntur aliquae propositiones de remissione peccati.

Prima: Deus potest remittere peccatum actuale alicuius, quia potest in future gratiam et sic fecit in Magdalena, cui remissa sunt etc.

5 Secunda: semper ad condignum nec citra, nec ultra punit Deus nam quacumque pena vult punire iustum est et dignum puniri et non alia maiori vel minori, et solum illa qua vult punire punit, igitur conclusio vera.

10 Tertia conclusio: quod Deum remittere peccatum alicui non est ipsam punire citra condignum patet ex precedenti.

~~Sexta: Deus remittendo peccatum alicui non remittit ei penam eternam, quia tunc ab eterno remisisset ei penam eternam et sic antequam peccasset sibi remisisset penam peccati. Aliter debet esse.~~

15 Quarta conclusio: nullus electus quantumcumque magnus peccator est dignus pena eterna, quia nullus est dignus maiori pena quam Deus vult etc.

20 Quinta conclusio: nullus reprobis quantumcumque iustus et existens in gratia est dignus vita eterna, quia nullus est dignus eo quod Deus non vult sibi etc. Falsa sunt hec secundum RIPAM. Non, quia ille loquitur de actu.

Sexta: Deus remittendo peccatum alicui non semper remittit penam eternam, quia eternum tali nunquam fuit debita. Et, si ipsam nunquam fuisse debitam dicatur, remissio tunc esset remissio ante peccatum.

25 Septima: Deum remittere peccatum non est commutare penam eternam in temporalem, quia nec hoc contingit respectu reprobis eo quod ab eterno Deus ipsum statuit eternaliter puniri, nec respectu electi, quia solum statuit puniri eternaliter pro mortali.

30 Octava: Deus remittendo peccatum mortale electi nullam penam sibi remittit, quia non temporalem nec eternam, quia ad illam non est obligatus.

Nona conclusio: Deus remittendo peccatum reprobis nullam penam sibi remittit, quia ab eterno ordinavit eum eternaliter puniri et sic erit.

35 Decima: Deum remittere peccatum est remittere || reatum et offensam et restituere priorem immunitatem et innocentiam, nec hoc est facere non peccasse etc.

P2 111r

4 remissa — etc.] *sup. lin. P1* ; impertinens de voluntate Dei et † *add. in marg. P1* 11 sexta] quarta *add. sed del. P1* 12 remisisset] remisset *a. c. P1* ei] *sup. lin. P1* 16 vult etc.] *sup. lin. P1* 19–20 falsa — actu] *sup. lin. P1* 27 eternaliter] temporaliter *a. c. P1* 29–30 est obligatus] *sup. lin. P1*

~~Commune ergo habet locum distinctio illa de lege eterna, ut ex
GREGORII collectis.~~

~~Quomodo ergo meretur, quia vult illum fieri perseveraret etc.
Dicitur quod vult esse iustum et esse dignum si perseveraret.~~

5 ~~Si prestitus nunc est, semper in posterum, erit verum dicere quod
fuit dignus et non habuit nec habet, igitur.~~

|| Divina voluntas liberrima habet volutionem et amorem specialiter P1 67v
ad quodcumque, nam omnia agit per volutionem non sine cognitione,
nec alias vires apponit ultra suum velle.

10 Divina voluntas est causa cuiuslibet futuri sive preteriti quare ipsum
est tale, etsi esse desineret, nichil esset preteritum aut futurum, verum
aut falsum, possibile aut impossibile, necessarium aut contingens.

15 Quod volita posteriora divina voluntate non sunt causa divine
volutionis, pro quo adverte quod ipsam possunt dici precedere
esse omnipotentia intellectus voluntas divina, nam prius naturaliter
naturaliter est Deum esse et eius intellectum et voluntatem etc., quam
ipsum velle seu eius volutio.

20 Divina voluntas habet volutionem vel nolutionem propriam et
distinctam circa quodcumque oppositum voluntatis bonum sive malum,
verum vel falsum, possibile vel impossibile, presens preteritum aut
futurum, quoad posteriora ipsa patet, nam ut dictum est ipsa per suum
velle vel nolle est causa quare sunt talia. Item aliter non esset actuativa
si aliquid esset ymaginarie volubile quod non actu vellet etc.

25 Primum, quod Deus vult omne verum et non vult positive seu
respuat omne falsum. Item si Deus aliquid antecedens vult quodlibet
eius consequens et nult vel non vult positive seu respuat omne repugnans.
Tertio, quorumlibet repugnantium seu impossibilium unius Deus
habet velle alterius vero nolle. Quarto, ad Deum velle aliquid seu
quodcumque velle sequitur ipsum nolle eius oppositum et econtra.
30 Quinto, ad Deum non velle quodcumque affirmative vel negative
significatum, puta A esse vel A non esse, sequitur ipsum eius oppositum
velle. Sexto, ad Deum velle quodcumque sequitur eius oppositum nolle.
Septimo, ad Deum nolle positive quodcumque sequitur etiam idem nolle

3 illum] esse *add. sed del. P1* **7–9** divina — velle] Bredwardin de
precedentibus *add. in marg. P1* **8** cognitione] *sup. lin. P1* **10–12** divina —
contingens] de presente gratuitate liberrime voluntatis respectu bonorum nobis
volorum demereri *add. in marg. sed del. P1* **10** est] e *add. sed del. P2*
causa] *sup. lin. P1* **14** adverte] d *add. sup. lin. P1* **16** esse] *iter. P1*
21 ipsa²] ip *add. sed del. P1* **24** primum] corollarium *add. in marg. P1*
27–28 tertio — nolle] *om. P2* **31** ipsum] *sup. lin. P1*

privative et similiter econverso. Octavo, quidquid qualitercumque est presens, preteritum vel futurum, verum, falsum, possibile vel impossibile, necessarium vel contingens, Deus vult illud sic esse. Et quidquid qualitercumque non est Deus non vult illud sic esse. Horum deductiones
 5 ex superioribus clare patent.

Quod divina voluntas nullum noviter diligit, nec odit, nec magis una || vice quam alia, nec preces aut quecumque merita bona, aut mala
 10 flectunt, aut mutant Dei voluntatem. Et quod omnem salvandum vel dampnandum, premiandum aut puniendum sub quocumque gradu novit ab eterno dampnari vel salvari, premiari seu puniri sub eodem gradu precise vult et hoc nedum voluntate conditionata aut indeterminata, sed sicut vult in presenti in finali iudicio aut post volet. Et sic semper circa salvandos et dampnandos uno modo se habet. Quod nec preces, nec merita moveant divinam voluntatem satis patet in *Evangelio* dicente
 15 Salvatore filiis Zebedei etc.: *non est meum dare vobis, sed quibus paratum est* etc. et per consequens precem vicem ad hoc non proficiunt.

Quod universitas rerum bona est, nec est in ea aliquid per se malum; contra pictagóricos, nam omne amabile a bono et sapiente est alicui modo bonum quolibet pars mundi est huius, nam est per se creabilis ab
 20 eo etc.

P2 111v

6–16 quod divina — proficiunt] hic de scire et velle non proprie loquitur conclusio ad ordinem *add. in marg. P1* 10 vel] p *add. sed del. P2* 14 divinam voluntatem] *sup. lin. P1*